

Die Anlage eines Bades



Vitruv schreibt über die Anlage von Bädern, er denkt nur an Badeanlagen kleineren Stils. Die großen Thermen gehören erst der Kaiserzeit an. (de arch. V, 10, 1-5)

Nunc insequentur balnearum dispositionum¹ demonstrationes².

[1] Primum eligendus locus est quam calidissimus, id est³ aversus ab septentrione⁴ et aquilone⁵. Ipsa autem caldaria tepidariaque lumen habeant ab occidente hiberno⁶, si autem natura loci inpedierit, utique⁷ a meridie, quod maxime tempus lavandi a meridiano ad vesperum est constitutum. Et item est animadvertendum, ut caldaria muliebria et virilia coniuncta et in iisdem regionibus⁸ sint conlocata; sic enim efficietur, ut vasaria⁹ et hypocaustis¹⁰ communis sit eorum utrisque. Supra hypocaustum tria aenea vasaria sunt componenda, unum caldarium, alterum tepidarium, tertium frigidarium, et ita conlocanda sunt, ut, quantum aquae caldae ex tepidario in caldarium exierit, influat de frigidario in tepidarium ad eundem modum¹¹, testudinesque¹² alveolorum¹³ ex communi hypocausti calfaciantur. [2] Suspensurae¹⁴ caldariorum ita sunt faciendae, ut primum sesquipedalibus tegulis¹⁵ solum¹⁶ sternatur¹⁷ inclinatum ad hypocaustum, ut pila, cum mittatur¹⁸, non possit intro resistere¹⁹, sed rursus redeat ad praefurnium²⁰ ipsa per se²¹; ita flamma facilius pervagabitur sub suspensione²². Supraque laterculis besalibus²³ pilae struantur ita dispositae, ut bipedales tegulae²⁴ possint supra esse

Kommentar:

¹ dispositio, -onis f = Anlage

² demonstratio, -onis f = Beschreibung

³ id est = das heißt

⁴ septentrio, -onis m = Bär (Sternbild), hier: Norden

⁵ aquilo, -onis f = NNO-Wind; hier: Nordosten

⁶ hibernus occidens m = Südwesten

⁷ utique = wenigstens

⁸ regiones, -um f = hier: Fluchtlinie

⁹ vasarium, -ii n = Heizkessel

¹⁰ hypocaustis, -is f = Ofen, Unterfeuerung der Heizung

¹¹ ad eundem modum = im selben Maß

¹² testudo, -inis f = Wölbung

¹³ alveolus, -i m = Wanne

¹⁴ suspensura, -ae f = „hängender“ Fußboden, Schwebeboden: **Dieses System der Beheizung soll nach dem älteren Plinius von Lucius Sergius Orata ca. 100 v. Chr. erfunden worden sein**

¹⁵ sesquipedalibus tegulis = aus Ziegelplatten von 1,5 Fuß

¹⁶ solum, -i n = Boden

¹⁷ sterno 3 = hier: legen

¹⁸ mittere = hier: hineinwerfen

¹⁹ resistere = hier: liegen bleiben

²⁰ praefurnium, -i n = Heizraum

²¹ per se = von sich aus

²² suspensio, -onis f = Schwebeboden

Kommentar:



conlocatae; altitudinem autem pilae habeant pedes duo. Eaeque struantur argilla cum capillo subacta²⁵, supraque conlocentur tegulae bipedales, quae sustineant pavimentum²⁶. [3] Concamarationes²⁷ vero, si ex structura²⁸ factae fuerint, erunt utiliores; sin autem contignationes²⁹ fuerint, figlinum opus subiciatur³⁰. Sed hoc ita erit faciendum: Regulae ferreae³¹ aut arcus fiant, eaeque quam creberrimis uncinis³² ferreis ad contignationem²⁹ suspendantur; eaeque regulae sive arcus ita disponantur, ut tegulae sine marginibus³³ sedere³⁴ in duabus invehique³⁵ possint, et ita totae concamarationes in ferro nitentes sint perfectae. Earumque camararum³⁶ superiora coagmenta³⁷ ex argilla cum capillo subacta²⁵ liniantur; inferior autem pars, quae ad pavementum spectat, primum testa cum calce³⁸ trullizetur³⁹, deinde opere albario⁴⁰ sive tectorio⁴¹ poliatur. Eaeque camerae in caldariis si duplices factae fuerint, meliorem habebunt usum; non enim a vapore umor corrumpere poterit materiem contignationis, sed inter duas camaras³⁶ vagabitur⁴². [4] Magnitudines autem balneorum videntur⁴³ fieri pro⁴⁴ copia hominum; sint ita compositae⁴⁵. Quanta longitudo fuerit tertia dempta⁴⁶, sit latitudo praeter⁴⁷ scholam⁴⁸ labri⁴⁹ et alvei⁵⁰. Labrum⁴⁹ utique⁵¹ sub lumine⁵²

-
- ²³ laterculi besales (Pl.) m = achtzöllige Ziegel
²⁴ bipedales tegulae f = Ziegeln von 2 Fuß Länge
²⁵ argilla cum capillo subacta (Abl.) = aus Lehm mit Haaren vermischt
²⁶ pavementum, -i n = Estrich
²⁷ concamaratio, -onis f = Gewölbe
²⁸ structura, -ae f = Mauerwerk
²⁹ contignatio, -onis f = Balkendecke
³⁰ figlinum opus subicere = eine Verkleidung aus Ton darunter befestigen
³¹ regulae ferreae f = Stäbe aus Eisen
³² uncinus, -i m = Haken
³³ sine marginibus = hier: ohne Überzugen
³⁴ sedere = hier: aufliegen
³⁵ invehique = hier: nicht bewegt werden
³⁶ camera, -ae f = Gewölbe
³⁷ superiora coagmenta n Pl. = Fugen
³⁸ testa cum calce (Abl.) = mit Scherben mit Kalk vermischt
³⁹ trullizo 1 = mit Mörtel bewerfen; verputzen
⁴⁰ opus albarium n = Gipsverputz
⁴¹ tectorium, -i n = Stuckatur
⁴² vagor 1 = hier: zirkulieren
⁴³ videntur = hier: soll(en)
⁴⁴ pro + Abl. = hier: im Verhältnis zu
⁴⁵ ita compositae sint = sie sollen solche Abmessungen haben
⁴⁶ quanta dempta = ein Drittel der Länge
⁴⁷ praeter + Akk. = hier: abzüglich + Gen.
⁴⁸ schola, -ae f = hier: Nische;
⁴⁹ labrum, -i n = Waschbecken
⁵⁰ aveus, -i m = Badebecken, Wanne

Kommentar:

- ⁵¹ utique = jedenfalls
⁵² lumen, -inis n = hier: Lichtöffnung



faciendum esse videtur, ne stantes circum suis umbris obscurent lucem. Scholas⁴⁸ autem laborum⁴⁹ ita fieri oportet spatiosas, ut, cum priores⁵³ occupaverint loca circum, spectantes reliqui recte stare possint. Alvei⁵⁰ autem latitudo inter parietem et pluteum⁵⁴ ne minus⁵⁵ sit pedes senos⁵⁶. [5] Laconicum sudationesque sunt coniungendae tepidario; quam latae eae fuerint, tantam altitudinem habeant ad imam curvaturam hemisphaerii⁵⁷. Lumenque⁵² medium in hemisphaerio⁵⁸ relinquatur, et ex eo clypeum aeneum⁵⁹ catenis pendeat, per cuius reductiones⁶⁰ et demissiones⁶¹ perficietur⁶² sudationis temperatura. Ipsumque ad circinum⁶³ fieri oportere videtur, ut aequaliter a medio flammae vaporisque vis per curvaturae⁶⁴ rotundationes pervagetur⁶⁵.

Fragen zum Text:

1. In welcher Himmelsrichtung sollen die Baderäume mit den warmen Wasserbecken liegen?
2. Was soll beim Anlegen der Wasserbecken besonders beachtet werden? Warum?
3. Was erfahren wir über den Bau der Heizanlage?
4. Welchem Zweck könnte wohl das Beimengen von Haaren in die Tonerde dienen?
5. Versuche etwas über die angegebenen Maße herauszufinden!
6. Was erfahren wir über die Größe einer Badeanlage?
7. Wie sollte das Verhältnis Länge zu Breite sein?
8. Welches Ausmaß soll der Raum rundum die Badeeinrichtungen haben?
9. Wie sehen Schwitzbäder aus?
10. Wie wird die Temperatur geregelt?

⁵³ priores = die früher Kommenden (Badegäste)

⁵⁴ pluteum, -i n = (Becken-)Brüstung

⁵⁵ ne minus = nicht weniger

⁵⁶ seni (Pl. m) = je 6

⁵⁷ ad imam curvaturam hemisphaerii = bis zum untersten Teil des Segments der halbkugelförmigen Wölbung

⁵⁸ medium in hemisphaerio = mitten in der halbkugelförmigen Wölbung

⁵⁹ clipeus aeneus m = Metallscheibe

⁶⁰ reductio, -onis f = das Hochziehen

⁶¹ demissio, -onis f = das Herablassen

⁶² perficere = hier: regeln

⁶³ ad circinum = kreisrund

⁶⁴ curvatura, -ae f = hier: halbkreisförmige Wölbung

⁶⁵ pervagor 1 = hier: zirkulieren